



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LIV. Geistliche Verbrüderung des Karthauses bei Frankfurt mit dem Kloster
Neu-Zelle, am 12. Juli 1452.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

meynen vorgeschrieben bruder an disen offen brif gehanghen, Das wir itczund gebrawchen, vnd gegeben vnd geschreuen czu frankenfort an der oder, na christi gebort XIII hundert Jar, darnach im Liliten yare, des sonnabendes na petri et pauli apostolorum.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 52.

LIV. Geistliche Verbrüderung des Karthäuses bei Frankfurt mit dem Kloster Neu-Zelle,
am 12. Juli 1452.

In nomine sancte et Individue trinitatis amen. Nos fratres Nicolaus, abbas monasterii noue celle, ordinis Cisterciensis, et Johannes, prior domus Misericordie dei prope frankenford, ordinis Carthusiensis, Et conuentuales vtriusque professionis Similiter conuentus vtriusque tam patrum quam conuerforum firmitatem et associationem iam ab aliquot annis contractas vnanimi caritate ac mutua confederatione conseruare consueuimus, Innouantes, ymmo verius augentes propter rei memoriam scriptis commendare curantes, Et si que ex causa rationabili addenda videantur vltra solita addere cupientes, presentibus publice protestamur, Quod nos salubriter attendentes huius labilis vite occasum, Et quia in multis offendimus omnes cum apostolo gemebunde referentes Ipsasque peccatorum maculas mutuis atque karitatiuis suffragiis abluere cupientes, vt ab omni labe peccati per diuinam clementiam emundati, debito mortis soluto eo citius gaudia pertingamus ad eterna, In vnanimi et sincera caritate nos confederamus ac firmitatem iungimus sequenti sub forma perpetuo a nobis et posteris nostris obseruanda, Vt videlicet quandocunque aliquis monachorum aut conuerforum vnius presatarum domorum nostrarum professus seu nouicius debitum soluerit carnis vniuerse, pro anime sue remedio quilibet monachus aut conuersus alterius presatarum nostrarum domorum professus et eciam nouicius pro eo dicere teneatur vnum psalterium aut certe pro salute illius defuncti quilibet celebrans tres missas cum oratione propria defuncti tamē et fidelium, Nisi super has de beneplacito alias addere cuiquam placuerit, Et vnum tricenarium imponatur in Conuentu patrum pro eodem secundum modum institutionem religionem vtriusque consuetum. Pro quo conuersi dicant L pater noster cum totidem aue maria, Anniuersarium vero eiusdem defuncti scribatur in calendario conuentuali. Conuersi vero presatarum domorum nostrarum dicant pro salute eiusdem CC pater noster. Insuper volumus vt pro defunctis antecessoribus nostris omni anno tempore magis ad hoc congruo secundum modum institutionis vtriusque professionis imponatur vnum tricenarium defunctorum perpetuis temporibus duraturis, Et pro viuīs vtriusque conuentus presentibus et futuris vnum tricenarium de spiritu sancto tempore ad hoc magis congruo similiter imponatur perpetuis temporibus duraturis. Datum et actum anno Domini 1452, In profesto beate Margarete virginis et martiris christi.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 78. Axungiae Hist., p. 27.